

JACOBI DE VITERBIO O.E.S.A.

QUAESTIONES DE DIVINIS PRAEDICAMENTIS

QUAESTIO XXIV

La question XXIV¹ de Jacques de Viterbe sur les prédicaments divins a été formulée ainsi: "Utrum bonum dicatur de Deo convenienter et proprie". Rédigée de la même façon que les autres questions, elle donne d'abord les arguments, douze au total, montrant qu'on doit y répondre négativement, suivis d'un autre argument montrant qu'il faut, au contraire, répondre dans un sens positif.

Le Maître a divisé son exposé en trois points. Il demande d'abord quelle est la véritable signification du terme "bon"; ensuite, en quel sens on dit "bon" des choses; et troisièmement si l'on peut dire de Dieu qu'Il est "bon", et en quel sens. Finalement il décline l'argumentation négative.

Le texte de cette question se trouve dans le *ms* VII C 4 de la Biblioteca Nazionale de Naples (N) aux feuillets 69^a-71^a; dans le *ms* 2006 de la Bibliothèque de l'Université de Padoue (P) aux feuillets 37^b-38^{vo}a; dans le *ms* 213 de la Biblioteca Angelica à Rome (R) aux ff. 96^{vo}a-100^{vo}a et dans le *ms* 56 de la Bibliothèque de Toulouse (T) aux ff. 176^a-178^b. La question ne figure pas dans le *ms* 167 de la Bibliothèque de Bordeaux (B).

Le texte présente les mêmes caractéristiques que nous avons rencontrées dans les questions précédentes, variantes, omissions, tantôt homoiotéleutiques, tantôt faites de propos délibéré en R.

Jacques de Viterbe renvoie à ses propres ouvrages, aux questions précédentes, mais aussi à son premier Quolibet. Il se réfère aussi aux auteurs habituels: Aristote, Averroès, Augustin, Boèce, Denis, Jean Damascène, Simplicius, ainsi qu'à Proclus, Cassiodore et Grégoire².

¹ Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38 (1988), 67-98; Quaestio XIX. *Ib.* 39 (1989), 154-185; Quaestio XX. *Ib.* 42 (1992), 351-378; Quaestio XXI. *Ib.* 44 (1994), 177-208; Quaestio XII. *Ib.* 45 (1995), 299-318. Quaestio XXIII. *Ib.* 46 (1996), 147-176.

² Nous renvoyons aux éditions suivantes: ARISTOTELES et AVERROES, *Aristotelis omnia quae extant opera, selectis translationibus ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea ... Commentarii*. ed. Venetis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. III, VIII, etc. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*. PL 41; CCL 48; *De Natura Boni*. PL 42. BOETIUS, *De Hebdomadibus = Quomodo substantiae Bonae sint*. PL 64. CASSIODORUS = AELRED DE RIEVAULD, *De Speculo Caritatis*. PL 195; CCL, *Continatio Medievalis I*. DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*. ed. PG 3. JACOBUS DE VITERBIO, *Quaestiones de Divinis Praedicamentis I-X*. ed. E. YPMA, Romae 1983; *Disputatio Prima (Secunda, Tertia, Quarta) de Quolibet*. ed. E.

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XXIV

Quaestio est: Utrum bonum dicatur de Deo convenienter et proprie.

1. Et arguebatur quod non, quia bonum non praedicat substantiam sed aliquid circa substantiam, ut patet per Damascenum, primo libro. Sed quidquid dicitur de Deo proprie, praedicat eius substantiam. Ergo, et cetera.
- 5 2. Praeterea, quidquid dicitur bonum vel est bonum sicut finis vel sicut illud quod est ad finem. Sed Deus non est bonum quod est ad finem cum ad nihil aliud ordinetur, nec est bonum sicut finis, quia, cum finis sit prima causarum et Deus sit causa efficiens et formalis, tunc in Deo esset prius et posterius; quod est inconueniens. Ergo bonum nullo modo dicitur
- 10 de Deo, et cetera.
3. Praeterea, bono est contrarium malum, ut dicit Philosophus, in Praedicamentis. Sed Deo nullum malum est contrarium. Ergo, et cetera.
4. Praeterea, omne bonum vel est honestum vel est utile vel delectabile. Sed Deus non est bonum honestum, quia talis est virtus vel actus virtu-
- 15 tis. Virtuti enim debetur bonum, et honestum dicitur quasi honoris status, nec etiam bonum utile cum ad nihil referatur; uti autem est referre quod in usum venerit in illud quod fruendum est, nec est bonum delectabile, quia delectabile in hac divisione non accipitur secundum omnem delectationem. Sic enim includit honestum, quia honestum habet delectationem coniunc-
- 20 tam sibi, sed accipitur delectabile vel pro delectabili secundum sensum vel pro illo bono quod nihil in se habet unde appetitur praeter delectationem,

YPMA, 4 vol., Romae-Würzburg 1968-1975. JOHANNES DAMASCENUS, De Fide Orthodoxa. PG 94; De Fide Orthodoxa. Versions of Burgundio and Certaninus. ed. E.M. BUYTAERT, Louvain-Paderborn 1953. PROCLUS, Elementatio Theologica, translata a Guillelmo de Moerbeke. ed. H. BOESE, Leuven 1987; ed. C. VANSTEENKISTE, *Tijdschrift voor Philosophie* 13 (1951) 264-302; 491-531. SIMPLICIUS, Commentaire sur les Catégories d'Aristote, traduction de Guillaume de Moerbeke. ed. A. PATTIN, 2 vol. Louvain-Paris 1971, Leiden 1975.

1 dicatur *post* de Deo N 2 arguebatur/arguitur NR sed aliquid ... ut patet *om.* R; *corr.* R1 4 praedicat/dicat R Ergo/et cetera N; *om.* R 6 illud quod est/illa quae sunt N Sed Deus ... ad finem *om.* N 7 nec/ut N 9 quod est inconueniens *om.* R 10 Deo *add.* ergo N et cetera *om.* RP 11 ut dicit Philosophus *om.* R 13 vel est honestum *om.* NT 15 bonum *add.* et RP; *om.* N 18 delectationem/modum delectationis R 19 includit/concludit N 20 sed/vel N delectabile *om.* R 21 nihil *om.* N praeter/propter N

3. De Fide Orthodoxa I cap. 9. PG 94,834,835; ed. Buytaert p. 48,49.

11. Vol. I 52^oH; Bekker 11b; Aristoteles Latinus (AL) I 30,31;108.

ut puta operatio ludi vel aliquid aliud huiusmodi.

5. Praeterea, secundum Philosophum, III Metaphysicae, in immobili-
bus non est finis neque bonum. Ideo in mathematicis non sunt haec, quia
25 sunt immobilia. Sed Deus est maxime immobilis, ergo.

6. Praeterea, de quibuscumque dicitur bonum, dicitur secundum ean-
dem rationem, quia secundum Boetium, in libro De Hebdomadibus, omnia
in quantum sunt, bona sunt; et sic omnia sunt bona per essentiam. Sed
nihil dicitur de Deo et aliis secundum eandem rationem. Quare cum alia
30 bona sint, Deus non erit bonus.

7. Praeterea, bonum et pulchrum idem sunt secundum Dionysium IV
De Divinis Nominibus. Sed pulchrum non dicitur de Deo proprie, sed
metaphorice, quia "pulchritudo est congruentia partium cum quadam colo-
ris suavitate", ut Augustinus dicit XXII De Civitate Dei capitulo 19; ergo.

8. Praeterea, bonum et perfectum idem sunt ut videtur. Sed perfectum
non dicitur proprie de Deo secundum Gregorium, libro Moralium capitulo
29, ubi dicit quod idem quod factum non est, perfectum dici non potest.
Ergo, et cetera.

9. Praeterea, si bonum diceretur de Deo proprie significaret divinam
40 essentiam. Et tunc esset nugatio dicendo Deus bonus, nec videlicet, si
dicatur quod ibi est differentia rationis, sicut inter hominem et animal.

10. Praeterea, bonum additum bono maius bonum facit. Sed Deus con-
numeratus creaturae, hic est maius. Ergo, Deus non est bonus.

11. Praeterea, bonum dicitur habitudinem ad appetitum, sicut verum ad
45 intellectum. Sed verum non est in re sed in intellectu; quare et bonum erit
in appetitu; et sic, cum alia Deum appetunt, bonum non erit in Deo sed in
aliis.

23 secundum Philosophum/Philosophus ... dicit quod R; *add.* in P 24 mathematicis/me-
taphysicis N 25 est *om.* T ergo *om.* R; *add.* et cetera P 26 quibuscumque *lect. inc.*
T 27 Hebdomadibus *mss.* ebdomadibus 31 secundum Dionysium/ut dicit dionysius
R1; secundum R IV *om.* N 33 coloris/caloris T 34 dicit XXII *om.* R ergo *om.*
R; *add.* et cetera P 37 factum/perfectum R 38 Ergo, et cetera *om.* R 39 proprie
om. NP 40 dicendo *add.* quod N Deus *add.* est N videlicet *lect. inc.* P 41 inter
add. in T sicut/ut R; *om.* NT et animal. Praeterea, si bonum ... non est bonus *om.* NT
43 hic/hoc R 44 habitudinem *lect. inc.* R 45 (Sed) verum/bonum N (sed) in *om.* T
46 cum *om.* P Deum *lect. inc.* T; *om.* N

23. cap. 3. Vol. VIII 39^vLM, 40A; Bekker 996^a; AL XXV 2, p. 40; XXV 3, p. 50 sq.

27. Quomodo substantiae bonae sint. PL 64,1311-1314; 1311 A.

31. IV, VII. PG 3,703 B.

34. PL 41,782; CCL 48,838.

36. Liber XXIX 1,1; PL 76,477; CCL 143B,1434.

12. Praeterea, bonum est quod omnia appetunt. Sed Deum non omnia appetunt. Cum ergo creatura sit finita, non habet inclinationem ad bonum infinitum quod est Deus. Ergo, et cetera.

In contrarium arguebatur per auctoritatem Dionysii et Augustini, qui dicunt quod bonum maxime et proprie dicitur de Deo.

55 Respondeo dicendum quod veritas huius quaestionis apud catholicos et etiam apud philosophos non est dubia, sed omnes concedunt Deum proprie dici bonum; unde nec in hoc est difficultas. Sed per quem modum et ex qua ratione Deus bonus dicatur, non est omnino manifestum. Unde ad evidentiam huius quaestionis sic est procedendum.

60 I. Primo enim videndum, quae est propria ratio boni.

II. Secundo videndum quomodo iuxta propriam rationem boni bonum diversimode accipitur et diversimode dicitur de rebus.

III. Tertio videndum est ex his quod bonum dicitur de Deo, et quomodo.

65 I. Quantum igitur ad primum sciendum quod ratio boni secundum quosdam est ratio appetibilis; quod probant per Philosophum, I Ethicorum, qui dicit quod Antiqui "bene enunciarunt bonum" dicentes quod bonum est "quod omnia appetunt". Unde dicit quod bonum nihil addit supra ens
70 nisi ordinem ad appetitum, et hoc est aliquid secundum rationem. Ideo bonum addit supra ens aliquid secundum rationem, non secundum rem.

48 Praeterea/sed T 49 ergo/enim R; cum ergo/quia cum P habet om. T; add. nec potest habere P 50 infinitum/finitum T et cetera om. R 52 arguebatur/arguitur N In contrarium ... dicunt quod/Contra, Augustinus et Dionysius R 53 et proprie post de Deo R de Deo add. et cetera T 55 veritas huius quaestionis om. R 56 etiam post philosophos T; om. R philosophos add. quaestio R non om. N sed/enim post omnes P; sed omnes concedunt/concedunt enim omnes R 57 nec om. P unde nec ... difficultas om. R 58 bonus/bonum R Unde ad ... procedendum/Ad cuius evidentiam R 60 enim om. R videndum add. est NR propria om. N boni/obiecti N 61 videndum om. R propriam om. R boni ante rationem propriam T 62 dicitur post de rebus N 63 (videndum) est om. T ex his ... et quomodo/quod quaeritur R 66 igitur post ad primum N sciendum/dicendum N secundum quosdam corr. R1; om. R; ante ratioboni T 67 est om. N 68 Antiqui/philosophi N enunciarunt mss. annunciaverunt 69 addit/ad R 70 ordinem ad appetitum ... supra ens om. N

52. De Divinis Nominibus IV. PG 3,698 C sqq.

52. De Natura Boni cap. I. PL 42,551.

67. cap. 1. Vol. III,1; Bekker 94^a; AL XXVI 3, p. 141.

68. cap. 1. Vol. III,1; Bekker 94^a; AL XXVI 3, p. 142.

Sed ille modus dicendi habet dubitationem.

Primo quidem quia propria ratio alicuius debet esse convertibilis cum ipso. Esse autem appetibile non convertitur cum bono; licet enim
75 omne appetibile sit bonum, non tamen omne bonum appetibile, quia aliquid dicitur bonum non solum ex eo quod appetitur, sed etiam ex eo quod appetit. Dicitur enim homo bonus qui vult bonum. Sic bonum secundum Platonicos dicitur de materia, quia appetit bonum.

Secundo quia, dato quod esse appetibile convertatur cum bono,
80 adhuc non est eius ratio, quia bonum est in rebus secundum Philosophum, VI Metaphysicae. Hoc autem est in ratione tantum.

Tertio quia bonum in eo quod bonum est propria ratio obiecti appetitus. Relatio autem obiecti ad potentiam non potest esse ratio propria obiecti, sed consequitur rationem obiecti. Unde ex hoc dicunt quidam quod
85 verum non est obiectum intellectus, et bene dicunt secundum quod verum dicit relationem ad intellectum.

Dictum autem Philosophi non obstat, cum dicit quod bonum est quod omnia appetunt. Haec enim notificatio convenit bono, non tamen secundum omnem suam acceptionem, sicut patebit infra.

Item, haec notificatio est a posteriori et ab effectu, non a priori.
90 Moveri enim appetitus est effectus quidem boni et proprietas consequens, non autem hoc est substantialis eius ratio. Talis enim est haec notificatio, sicut si diceretur color est visibile. Non enim consistit ratio coloris in hoc quod est visibile, sed in hoc quod est extremitas perspicui in corpore terminato; esse autem visibile est effectus coloris.
95

Unde dicit Philosophus, in II De Anima, quod color est visibile non ratione, idest non quod hoc sit ratio eius definitiva, sed quoniam in se ipso habet causam ut sit visibile; et similiter esset in proposito. Non enim

72 ille/hic R habet dubitationem/dubius est R 74 ipso/eo N 75 omne om. N (non) tamen om. T 77 enim/etiam et N 79 (Secundo) quia om. R 80 secundum Philosophum om. R 82 Tertio/item N 83 (obiecti) ad/non N 84 consequitur/sequitur N sed consequitur rationem obiecti corr. R1; om. R Unde add. et RP hoc/hac ratione RP quidam om. N 85 secundum quod/ut (ac ita frequenter) 87 Dictum/intellectum N Dictum autem ... cum dicit/cum autem Philosophus dicit R 98 enim om. R 89 sicut patebit infra/ut dicitur R 92 (hoc) est add. essentialis N 93 color/calor T coloris/corporis N; calor T 94 quod est add. esse R corpore/calore T terminato om. N 95 coloris/caloris T 96 in om. R color/calor T non ratione om. N 97 (id est) non om. N hoc om. N sit add. eius N

80. cap. 3. Vol. VIII 151^oHJK; Bekker 1027^b; AL XXV 2, p. 121; XXV 3, p. 130 sq.

87. cap. 3. Vol. VIII 3 DE; Bekker 983^b; AL XXV 2, p. 24; XXV 3, p. 130 sq.

96. cap. 7. Vol. I, Suppl. II 83^oF; Bekker 418^a.

omnis notificatio et definitio est per substantialia, sed aliqua est per posteriora.

Unde Simplicius, in Praedicamentis, exponens illud, "qualitas est secundum quam quales dicimur", dicit quod quaedam sunt definitiones non substantiales, quae scilicet sumuntur ex quibusdam notis et confessis communiter ab omnibus, ut "bonum est a quo accipit utilitatem habere, anima est a qua inest vivere". Verum est, prout sensibile auditus. Quaedam vero sunt substantiales, quae substantiam, scilicet ipsorum definitorum indicant, ut anima per se est substantia mobilis, vox est aer percussus, et huiusmodi.

Oportet igitur quod bonum praeter relationem ad appetitum dicat aliquid, et quod ratio boni ex alio sumatur quam ex appetibili.

Dicunt autem quidam quod ratio boni est perfectio, ita quod idem est bonum et perfectum; quod patet, quia unumquodque appetit suam perfectionem sicut et unumquodque appetit bonum.

Uterius dicunt quod perfectio sumitur ex actu, ita quod idem est esse perfectum et esse actu; et ex hoc dicunt quod esse actu constituit rationem boni. Et quia ens sumitur ab esse quod dicit actualitatem omnis rei, ideo bonum et ens sunt idem secundum rem. Et ex hoc ostendunt Deum esse bonum, quia maxime perfectus, maxime actu, maxime ens. Sed haec dicta dubitationem habent.

Et ut incipiamus ab ultimis, cum dicitur quod bonum et ens idem sunt secundum rem, hoc uno modo verum est, quia quidquid additur enti non dicit rem aliam ab ente, tamen specificat aliquem modum entis, sive generalem sive specialem. Bonum igitur et ens idem sunt secundum rem, quia eandem rem dicunt, sed non sunt idem secundum rationem, quia aliquem modum realis entis exprimit bonum, qui non exprimitur nomine entis.

101 Simplicius *post* Praedicamentis N 102 dicimur *add.* et T dicit *add.* ipse R
103 substantiales/speciales NR confessis/concessis N 104 ab omnibus *corr.* R1; *om.*
R accipit/accidit R habere/accipere P 105 auditus *lect. inc.* R 106 definitorum/distinctorum N 108 praeter/propter N dicat/dicant N 109 appetibili/appetitu NT 113 (sicut) et *om.* N 114 est *om.* T ita quod idem est esse perfectum et esse actu *om.* N 117 ostendunt/ostendit NT 118 Deum *lect. inc.* N quia maxime *add.* per T Sed/et N 119 dicta *om.* N 120 bonum et ens/ens et bonum R ultimis *add.* sequitur N 121 uno *om.* N verum/nostrum T 122 entis sive ... aliquem *om.* N 124 (sed) non *om.* T quia/qui R 125 exprimit bonum qui non exprimitur/et exprimit N qui non exprimitur nomine entis/quem non exprimit nomen entis P 126 entis *lect. inc.* R

Et similiter dicendum de omnibus passionibus entis, et similiter dicendum est de perfectione et de actu.

Si ergo referatur ad rem, idem sunt realiter, si ad modum realem
130 bonum addit supra ens specificando aliquem modum realem, non sicut differentia specificat genus sed alio modo.

Alioquin essent synonyma ens et bonum, et esset nugatio dicendo ens bonum.

Uterius videtur quod non sequatur quod si bonum sit idem cum
135 actu, quod sit idem cum ente, quia ens dicitur etiam de potentia cum dividatur per potentiam et actum; tamen hi intelligunt forte de ente prout dicit quod esse actuale non <indicat> essentiam ipsam, quae dicitur esse vel potentia vel actu.

Uterius non videtur quod bonum sit idem quod esse actu, quia cum
140 dicatur etiam de materia quae est potentia. Unde Platonici dicunt bonum esse communius ente, quia bonum dicitur de materia quae est non ens, quia ens dicitur secundum eos ens actu solum, licet in ordine ad actum.

Sed, dato quod quidquid est bonum sit actu vel dicat ordinem ad actum, adhuc tamen non est idem esse bonum et esse actu. Actus enim
145 magis habet rationem formae, bonum vero magis rationem finis.

Uterius quod dicunt quod perfectum et esse actu idem sunt, est dubium, quia, ut patebit, differunt multipliciter.

Sic igitur dicendum quod haec differunt ad invicem, bonum et actus et perfectum, non quod dicant diversas res, quia uni et eidem rei convenire
150 possunt, sed dicunt diversos essendi modos, unde et sunt passionis entis. Ab ente autem differunt non secundum rem, quia nec addunt aliquam rem vel modum realem qui non significetur per ens actu vel ens perfectum, sed

127 dicendum/dicitur NR entis *om.* N 128 dicendum est/dicitur N de perfectione et de actu/de actu et de perfectione N 129 (modum) realem *lect. inc.* R 130 supre/super N (specificando) aliquem *om.* NT 132 Alioquin/aliter R 134 Uterius/Item R videtur/dicitur N (quod) si/sit N 135 (quia) ens *om.* T dividatur *add.* et T 136 intellegunt forte de ente prout dicit quod/dicunt de ente et intelligunt forte potest dici quid N 137 quod esse *corr.* R1; *om.* R 139 Uterius/Item R non *post* bonum T quod esse *corr.* R1; *om.* R 140 dicatur *add.* etiam *post* materia N; *ante* de materia T; de materia *om.* P Platonici/philosophi NP 141 non ens *add.* secundum eos NR; *add.* secundum quod ens P 143 (est) bonum *add.* cum T 144 esse actu/actum N 145 (enim) magis *om.* N vero /autem R; enim T 146 Uterius/Item R 147 (quia) *add.* aliquid est actu, quod tamen non est perfectum. Unde perfectum addit supra actum. Unde et quod dicitur esse actus perfectus ut forma quidem imperfectum ut motus. Item quod bonum et perfectum idem sunt etiam est dubium quia differunt multipliciter ut dicetur R 148 dicendum/patet N ad/ab R et *om.* R 150 (unde) et *om.* N 151 addunt/addant T 152 actu vel ens perfectum *corr.* R1; *om.* R sed quia specificant ... vel ens perfectum *om.* NT

quia specificant aliquem modum qui non specificatur per ens; et ideo non est nugatio dicendum ens bonum et ens actu vel ens perfectum.

155 Sic igitur ex his adhuc non habetur propria ratio boni.

Et ideo est tertius modus dicendi, quia ratio boni est esse finem, ita quod finis et bonum idem. Hoc autem videtur posse haberi a Philosopho, II et III Metaphysicae. Dicit enim in II quod illi qui faciunt infinitas causas finales, auferunt naturam boni. Quod exponens Commentator ait quod qui 160 ponunt infinitum in causis finalibus destruunt et tollunt causam finalem, cum finis repugnet infinitati, quia cum tollit finem tollit bonum. Nihil enim dicitur bonum nisi propter causas finales. Et in III dicit quod in mathematicis non est finis, quia nec bonum. Omne enim bonum finis est.

Sed hoc non est verum. Licet enim nihil dicatur bonum nisi propter 165 causas finales, quia omne bonum vel est ipse finis, vel dicitur bonum quia est propter finem. Non tamen ratio finis et ratio boni est eadem, et tamen ratio boni addit in ratione finis. De cuius ratione tria sunt, scilicet quod sit ultimum, quod sit optimum et quod eius gratia fiant alia. Unde ratio finis secundum quod finis est quod eius gratia fiant alia. Unde semper dicitur a 170 Philosopho cuius gratia. Sed quia illud, cuius gratia sunt alia, oportet esse bonum, ideo ad rationem finis requiritur quod sit bonum.

Licet igitur sint coniunctae ratio finis et boni, et ratio boni praesupponatur fini, non tamen est eadem ratio utrique; esse appetibile autem convenit fini etiam in quantum includit bonum. Non ergo ratio boni est 175 esse finem, cum praesupponat finem.

Ideo est quartus modus dicendi, quod ratio boni est esse communicativum et diffusivum secundum Dionysium. Unde dicit ipse, IV De Divinis Nominibus, quod bonum est ex quo omnia substant et sunt sicut ex

155 adhuc *post* habetur propria/perfecta N 156 tertius/secundus N Et ideo ... dicendi quia/Ideo alii dicunt quod R 158 Dicit enim in II *om.* N 159 Quod exponens/ubi R 161 (finalem) cum/ut N infinitati/infiniti N; infinitas T; infinito R 165 est/dicitur R 166 et tamen/Unde T et ratio boni ... ratione finis *om.* N 167 (scilicet quod) sit *om.* N 168 (ultimum) *add.* et R ratio finis secundum quod finis est quod eius gratia fiant alia. Unde/quod N 169 secundum quod/ut R fiant *add.* omnia N; *lect. inc.* T 170 (Philosopho cuius) gratia/ratio NT sunt/secundum NTR alia/aliam NT 171 bonum *add.* et N 173 esse appetibile *om.* N 174 fini/boni etiam N 176 quartus/quare N dicendi/essendi N Ideo ... dicendi/Alii ideo dicunt R quod/quia NT communicativum/communicatum N 177 diffusivum/diffusum N ipse *om.* N

158. Vol. VIII 32^oK; Bekker 984^b; AL XXV 2, p. 38.

159. in II Metaphys. text. com. 8, Vol. VIII 33 B.

162. Vol. VIII 40 A; Bekker 996^a; AL XXV 2, p. 44; XXV 3, p. 51.

177. cap. I, PG 3,694 BC.

causa.

180 Sed et illud est dubium, quia esse diffusivum et esse ex quo sunt
alia, hoc dicit habitudinem causae efficientis; bonum autem habet rationem
finis, non quod ratio boni sit esse finem, sed convenit rationi finis ut dic-
tum est.

Quomodo autem dictum Dionysii veritatem habet patebit; per omnia
185 igitur dicta non habetur propria ratio boni.

Et ideo est aliter dicendum quod ratio boni eadem est et unius, quia
unum et bonum idem.

Primo ostendendum est quod unum et bonum idem; secundo quae
sit ratio unius, et per consequens patebit ratio boni.

190 Quod autem bonum et unum sint idem, patet primo auctoritate
Procli qui dicit, Propositione XIII, sicut "omne bonum unitivum est partici-
pativum ipso, et omnis unitio bonum est et bonum uni idem". Hoc autem
declarat in commento, quia illa sunt idem quorum est eadem proprietas.
Sed eadem proprietas est unius et boni. Ergo, et cetera. Minor sic patet.
195 Proprietas boni est esse salvativum.

Quod patet, quia malum dicitur corruptio et perditio; ergo bonum
dicit quid salvativum. Tandiu enim res dicitur bona, quamdiu salvatur in
propria substantia et continetur; quando autem corrumpitur, dicitur mala.
Hoc eadem est proprietas unius, scilicet esse salvativum et contentivum
200 substantiae singulorum. Uno enim omnia salvantur et dispersio unumquod-
que exire facit a substantia. Et sic bonum cuiuslibet consistit in hoc quod
esse unum et idem est bonum, et simpliciter bonum et simpliciter unum, et
privari bono est privari unitate vel recedere a bono est recedere ab unitate
et e converso. Et sic unitio est bonitas et bonitas est unitio et bonum unum

180 illud/istud R diffusivum/distinctum N 182 finis *add.* ratio finis T 184 per
omnia ... ratio boni *om.* R 185 igitur dicta *add.* Dei N 186 est *om.* R 188 est *om.*
N; ostendendum est/ostendam R quae/quid N 189 et per consequens ... sint idem *om.*
R 190 bonum et unum/unum et bonum N primo *om.* N; patet primo/primum patet R
191 sicut/quod N; *corr.* R1; *om.* R 192 (unitio) bonum/boni NT (est) et/etiam N
193 quia *om.* R 194 Sed *om.* N unius et boni/boni et unius TR Ergo/quare N
Ergo ... sic patet *om.* R 196 Quod patet *om.* R Quod patet ... quid salvaticum *om.* N
197 (tamdiu) enim *om.* P 198 corrumpitur/corruptio TR 199 eadem/autem N esse
post contentivum N 200 (salvantur) et/etiam T unumquodque/unumque T 201 exire
om. T consistit/existit R 202 (est) bonum/unum N (et) simpliciter/similiter T
203 (privari bono) est/et NT vel/et R (a bono) est/etiam T ab/a T 204 Et *om.*
NT unitio/unitas R

183. voir l. 156 sqq.

191. ed. Boese p. 10; ed. Vansteenkiste, *Tijdschrift voor Philosophie* 13 (1951) 270.

205 et econverso.

Similiter et Boetius, III De Consolatione, id ipsum dicit et pulchre ostendit, scilicet quod bonum et unum sint idem tali ratione.

Illa sunt idem quorum non est diversus effectus. Sed idem est effectus utriusque, ergo, et cetera. Probatio. Aliquid dicitur bonum ex unitate. Cum enim aliqua discrepant, non sunt bona; cum enim unum ceperit, bona fiunt. Sed etiam dicitur aliquid bonum ex bonitate. Ergo, idem est effectus bonitatis et unitatis, scilicet esse bonum, quia tam bonitas quam unitas facit bonum esse aliquid.

Unde et ex hoc ulterius ostendit quod bonum est quod desideratur ab omnibus, quia unum omnia appetunt; si ergo idem est bonum et unum, ergo bonum omnia appetunt.

Quod autem omnia appetunt unitatem, sic ostendit. Constat enim quod quaelibet res naturaliter appetit conservationem et permanentiam sui esse et fugit corruptionem. Unde et Philosophus, in II De Anima, dicit quod propter permanentiam essentialium data est virtus generativa rebus ut conservarent se in esse sicut possunt. Non possunt in esse numerali; conservantur per communicationem et generationem in esse specifico. Et sic est de esse quod omnia appetunt illud, et illius causa agunt quaecumque agunt secundum naturam. Sed tamdiu manet et subsistit unumquodque quamdiu est unum, corrumpitur et dissolvitur per hoc quod desinit esse unum, sicut ponit exemplum de animalibus. Quando enim anima et corpus in unum conveniunt et permanent, tunc dicitur animal, et tamdiu est animal quamdiu manet haec principiorum vel partium coniunctio. Cum autem haec unitas et coniunctio tollitur et unum ab alio separatur, non manet animal.

230 Sic ergo patet quod idem est unum et bonum.

206 pulchre *mss.* pulcre 207 scilicet *om.* R 209 Aliquid dicitur bonum *repetit* T
210 (bona; cum) enim/vero R; ergo P ceperit/ceperint R 212 bonitas quam unitas/unitas
quam bonitas N 213 (facit) bonum/unum N 214 et ex hoc *om.* N 215 appetunt
add. tunc N 216 (bonum) omnia *om.* T 217 sic *om.* R 218 appetit *add.* suam R
et *add.* suam R 219 (Philosophus) in *om.* NR 220 essentialium/entium N; essentialium T
221 conservarent se/conservarentur NT (sicut) possunt *add.* si P Non possunt *om.* N
(possunt in) esse/essentia TR numerali/naturali NT conservantur *add.* tamen P 253
quaecumque/quicumque T 224 Sed/si NT 225 quod/quia T 226 enim *lect. inc.* N

206. Prosa XI. PL 63,771-774; CCL 94,57-59.

214. *ibidem.*

217. *ibidem.*

219. cap. 4. Vol. I Suppl. II,67; Bekker 415^{ab}.

Nunc videndum quae est ratio unius. Circa quod est sciendum quod unum est ens indivisum, et eius ratio <in> indivisione consistit; quare hoc eadem est boni, scilicet esse indivisum. Unde et quidam Antiqui defini-
 235 runt bonum, quod est indivisio actus a potentia. Unde et quidquid est appetibile ratione indivisionis appetitur, et quicumque aliquid appetit, appetit indivisionem. Ratio ergo boni est esse unum. Et quia similitudo et convenientia est unitas, potest dici quod ratio boni est similitudo et convenientia.

Unde Boetius, in libro De Hebdomadibus, "Omnis diversitas dis-
 240 cors, similitudo vero appetenda, ... et omne quod appetit aliquid tale ipsum esse naturaliter ostenditur, quale est hoc ipsum quod appetit". Quidquid ergo appetitur, ratione convenientiae appetitur, et quia quidquid appetitur, bonum est, patet ex hoc quod ratio boni in unitate consistit.

Sed tunc incidet dubitatio, quia, cum ratio unius sit indivisio et
 245 indivisio dicat privationem, non quamcumque sed secundum rationem, videtur quod ratio boni sit privativa et secundum rationem, non autem positiva et realis.

Sed ad hoc dicendum quod ratio unius est positiva et realis; sed ad hoc dicendum quod apprehenditur a nobis per modum privationis. Hoc
 250 autem quomodo sit, declaratum fuit supra in quaestione de uno, cum quaesitum supra fuit: Utrum dicat aliquid positivum. Require ibi.

Est considerandum quod potest assignari aliqualis differentia inter unum et bonum, quia in communi sermone non pro eodem accipi videtur,
 255 ut unum dicatur ex eo quod est indivisum absolute; bonum autem dicit indivisionem, ut ex ea habetur salus et consistentia. Unde, licet utrumque, tam scilicet unum quam bonum, dicat indivisionem et etiam quid salvativum, unum tamen magis dicit indivisionem absolute, bonum autem magis

232 quae/quid T (quod) est *om.* R 233 (ratio) in/sine T 234 boni/bonum N; ratio boni P (quidam) Antiqui *om.* N 235 (actus) a *om.* N 238 unitas *add.* non N 239 Hebdomadibus *mss.* Ebdomadibus 240 appetenda *add.* est R omne *om.* *ed.* PL aliquid/aliud *ed.* PL 241 naturaliter *corr.* R1; similiter R quale est *add.* illud *ed.* PL 242 (et) quia *om.* N 243 ex hoc/ergo N 244 incidet/incidat N tunc incidet dubitatio quia *om.* R; tunc dubitatio *post* sit indivisio *corr.* R1 248 Sed ad hoc *om.* R 249 apprehenditur/apprehendum NT 250 declaratum fuit ... considerandum quod/patet quod de uno supra R 253 potest *add.* tamen R; *add.* autem *ante* considerandum P 254 accipi videtur/accipiuntur R 255 ex/de N 256 ut ex ea/ut ex eo R; secundum quod ab ea NT 257 scilicet unum quam bonum *om.* R

239. PL 64,1311 C.

250. Quaestio V, ed. Ypma, 113-142.

dicit eam ut ex ea sequitur salus rei; et huius signum est quod non eodem
 260 modo accipiuntur species unius et boni. Sed species unius accipiuntur secundum modos indivisionis absolute, species autem boni accipiuntur secundum indivisionem per ordinem ad rei consistentiam et salutem.

Unde et ratio unius dicitur consistere absolute in indivisione, ratio
 vero boni in modo, specie et ordine quae concomitantur indivisionem, vel
 265 dicunt indivisionem, ut respiciunt rei salutem et consistentiam.

Quomodo autem in his consistit ratio boni, patebit infra.

Et sic patet primum principale.

II. Quantum ad secundum dicendum quod ex quo bonum et unum sunt
 270 idem, ex diverso modo unitatis possumus accipere diversos modos boni.

Unum autem dupliciter dicitur. Uno modo secundum se, prout unaquaeque res dicitur una secundum se.

Alio modo in comparatione ad aliud, prout aliqua res dicitur alteri esse aliquo modo una.

275 Et prima dicitur simpliciter unitas, alia vero est magis conformitas quaedam vel unitas conformitatis.

Sed conformitas duplex est inter aliqua. Uno modo quia unum alteri conformatur, sicut causae; et haec non convertuntur, quia sic dicitur affectus conformis vel similis causae, non autem e converso proprie.

280 Alio modo non, quia unum alii conformatur, sed quia ambo conformantur tertio; et haec convertuntur. Quaecumque enim conformia sunt altero duorum modorum, sunt similia. Et ita conformitas semper attenditur per comparationem ad causam secundum aliquem modum causae.

Eodem itaque modo dupliciter bonum dicitur. Uno modo secundum
 285 se, prout quaelibet res dicitur secundum se bona, sicut et una; alio modo per comparationem ad aliud et secundum rationem conformitatis, et hoc dupliciter.

Uno enim modo dicitur aliquid bonum, quia natum est ut aliud ei conformetur; alio modo quia ipsum alii conformatur.

259 sequitur/consequitur R; add. se T rei lect. inc. T; om. N et om. R 262 indivisionem/divisionem N 263 indivisione/divisione NTP 264 quae/qui N concomitantur lect. inc. N 265 respiciunt/recipiunt T; dicunt NR 266 consistit ante in his; in his add. tribus P Quomodo autem ... primum principale om. R 273 (aliqua) res om. R 274 esse/est P aliquo om. N una om. N; ante aliquo modo P 275 simpliciter/similiter T 277 alteri/alii T 278 sicut/ut R et haec non convertuntur ... vel similis causae om. N 279 similis/consimilis P 280 non om. N 282 sunt lect. inc. T 285 quaelibet/aliqua NT res om. T 288 enim om. N aliud/aliquid N

290 Dicitur etiam bonum illud secundum quod attenditur conformitas.
Et sic quatuor modis dicitur quod aliquid dicatur bonum, non solum quia
aliquid ei conformetur, sed quia ipsum alii.

Patet utrumque per Boetium, De Hebdomadibus, ubi sic dicit: "Ten-
et communis doctorum sententia omne quod est ad bonum tendere. Omne
295 autem tendit ad simile; quae igitur ad bonum tendunt bona ipsa sunt".

Et sciendum quod bonum dicitur aequaliter enti, et secundum hoc
modi unius sunt secundum modos entis; sed secundum quod differt ab
ente, sic habet suos modos de quibus etiam analogice dicitur.

Et primo quidem bonum dicitur de bono secundum se, prout una-
300 quaeque res dicitur secundum se bonum; consequenter autem dicitur bo-
num de bono in comparatione ad aliud, scilicet secundum quod aliquid ei
natum est aliquid aliud conformari. Huius ratio est quia, sicut prius quaeli-
bet res et magis dicitur una sibi quam alii, sic et bona. Unde sicut amica-
bilia quae sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus quae sunt ad se, sic
305 dicendum hoc de uno et bono.

Item, bonum in comparatione ad aliud prius dicitur de illo modo
secundum quod aliquid dicitur bonum quod ei aliud conformatur quam de
illo secundum quod alii conformatur, quia ex hoc illud quod alii conforma-
tur dicitur bonum, quia illud cui conformatur est bonum.

310 Ultimo autem dicitur de illo secundum quod attenditur conformatio.

Et sciendum quod omnes isti modi bonitatis possunt convenire uni
et eidem rei aliquando, sed non respectu eiusdem.

Ulterius est considerandum quod duplex est conformitas.

315 Una quae attenditur secundum connaturalitatem vel convenientiam
naturae; et haec pertinet ad rationem boni.

Alia quae attenditur secundum repraesentationem; et haec secundum
quod huiusmodi non pertinet ad rationem boni.

290 secundum quod/quod secundum se N 291 (dicitur) quod *om.* N aliquid *add.* aut
T; *add.* autem *ante* aliquid R dicatur *om.* N; dicat T solum *om.* N 292 sed *add.*
etiam R 295 igitur *add.* tendunt N 298 etiam/est R analogice/analogice R 299
bonum *add.* quod N (de bono) secundum se prout ... bonum de bono *om.* N 301
aliquid *om.* N ei natum/ordinatum N; *lect. inc.* T 302 aliquid *om.* P conformari
ante aliquid aliud R; aliud *om.* P; *add.* et *post* conformari P 303 (res) et/dicitur N
magis *add.* et magis N sic/sicut NT (Unde) sicut/et N; *om.* R amabilia *post* quae
sunt R 304 veniunt/venerunt R 305 hoc/est N et *add.* de T 307 aliud/aliquid NT
308 (alii) conformatur/conformantur T; conformetur P 310 Ultimo autem dicitur/Dicitur
autem ultimo R 311 isti *om.* N 312 non *om.* N 317 haec *om.* T

Tamen haec duae conformitates aliquando sunt coniunctae. Et quia
 320 appetitus respicit huiusmodi conformitatem, quae est secundum connaturali-
 tatem, quia simile appetitur, secundum Boetium, sicut cognitio illa quae
 est secundum repraesentationem, ideo appetitus per se comparatur ad bo-
 num et bonum ad appetitum.

Unde et secundum appetitum possumus accipere modos boni. Primo
 325 quidem bonum dicitur quod appetitur; et hoc est principalis acceptio. Unde
 secundum hanc acceptionem dictum est quod bonum est quod omnia appe-
 tunt. Et quia illud quod tendit ad bonum est bonum, ideo non solum quod
 appetitur, sed etiam illud quod appetit bonum dicitur bonum, licet secun-
 dum consequentem acceptionem.

330 Uterque autem horum modorum dividitur. Nam bonum aliquod
 dicitur appetibile vel se ipso vel ab alio; et similiter aliquid dicitur bonum
 quia appetit vel se vel aliud. Et sic res in duplici ratione dicitur bona.

Primo quidem ex eo quod est appetibilis a se, consequenter ex eo
 quod appetit se vel amat.

335 Similiter dicitur res bona ut comparatur ad aliud, vel quia est appe-
 titibilis ab alio, vel quia appetit aliud.

Sed videndum quid dicit bonum secundum hos omnes modos; se-
 cundum quod res est appetibilis a se, sic dicitur bona bonitate reali, quae
 dicit modum quemdam essendi quem et unum.

340 Appetibile autem dicit respectum quemdam rationis; secundum vero
 quod res dicitur bona quod appetit se, sic bonum dicit respectum rei ad se,
 sub alia tamen et alia ratione.

Utrum autem sit relatio realis, videtur quod non, cum sit eiusdem
 ad se.

345 Similiter dicendum de modis boni prout sumpti sunt supra. Bonum
 enim ut dicit unitatem rei secundum se, sic dicit modum quemdam realem
 et absolutum, licet significetur per modum relativum, secundum quod res
 dicitur una vel eadem sibi; prout vero dicitur bonum ex eo quod aliud ei

320 (quae) est/sunt N 321 Boetium/bonum N cognitio/ergo N 322 representatio-
 nem *add.* et T 325 hoc/haec R acceptio *om.* N 326 hanc *om.* RT acceptio-
 nem/acceptio P dictum *lect. inc.* R bonum est quod *om.* N; est/et P omnia *add.*
 bonum N 327 solum *add.* illud R 332 quia/quod N in *add.* se R; *add.* in se ipsa P
 duplici ratione *om.* P 333 a/ad N; a se, consequenter/ex consequenti P 336 ab alio
om. N 337 videndum *om.* R dicit/sit N hos/illos *post omnes* N 338 quod/quos N
 393 essendi/dicendi NT quem/quam R 342 alia *add.* ratio N 346 ut/prout N dicit
add. bonitatem rei seu N rei *om.* N 348 dicitur/dicit N

321. De Hebdomadibus. PL 64,1311 C.

326. voir l. 67 sqq.

conformatur, sic dicit relationem secundum rationem, prout vero dicitur
 350 bonum ex eo quod ipsum conformatur alii, sic bonum dicit relationem
 355 realem. Et similiter prout dicitur de illo secundum quod attenditur conformatio.

Sic patet de modis boni.

355 Sed hic est unum considerandum, quare bonum speciali modo dicitur in moralibus.

Circa quod sciendum quod bonum est est appetibile, et etiam appetens dicitur bonum consequenter. Ubi est igitur specialis ratio appetitus, ibi est specialis ratio boni. Et tertius appetitus est excellentior. Ideo secundum
 360 talem appetitum speciali modo attenditur bonitas ut dicatur bonum quod appetitur tali appetitu et dicatur bonus qui appetit bonum per voluntatem.

Est igitur sciendum quod, cum in homine sit multiplex appetitus secundum quod supremum dicitur simpliciter bonus, secundum alios secundum quid, ideo virtus dicitur facere simpliciter bonum hominem, et
 365 ipsa virtus dicitur bonum simpliciter, quia est bonum hominis secundum appetitum rationalem, qui est proprius homini.

Et sic patet secundum principale.

Positi enim sunt modi unius prout accipiuntur secundum unitatem
 370 quae est eius propria ratio, et prout accipiuntur secundum appetibilitatem, quae est effectus boni.

Et sciendum quod isti modi boni per ordinem se habent et se consequuntur.

Primo enim aliquid est bonum secundum se. Ex hoc autem quod est
 375 bonum secundum se, sequitur quod aliquid aliud possit ei conformari; et sic dicitur bonum. Sed haec secunda oritur ex prima, et tertia oritur ex secunda, scilicet quod aliquid dicitur bonum, quia conformatur bono et tendit in bonum; et ex hac quarta, scilicet illud secundum quod attenditur conformitas.

380 Bonum autem, prout dicitur illud cui aliquid conformatur, dividitur in bonum quod est finis et ad finem. Unde haec divisio non comprehendit omnes modos boni. De divisione vero quae est in honestum, utile et delectabile.

355 hic/hinc R modo/bonum P 357 (Circa quod) sciendum quod *om.* NT 358 igitur specialis ratio appetitus, ibi est/etiam N 360 (ut) dicatur/dicitur N 361 (et) dicatur/dicitur N bonus/bonum N qui/quem N 362 igitur/etiam N; enim T 363 quod *om.* T supremum *mss.* suppreum simpliciter/simplex N 366 rationalem/rationale N qui/quod N proprius/proprium N; prius R 377 quia/quod N 380 autem/aut T; *add.* dicitur NR1 (cui) aliquid *om.* N; aliud R 381 (finis) et/vel T 382 omnes/alios N

tabile, patebit in argumentis.

385 III. Nunc videndum de tertio principali, scilicet, an Deus dicatur bonus discurrendo per modos bonitatis supra positos.

Dicitur enim Deus bonus secundum se, quia unus et maxime unus, ut supra ostensum fuit, et ideo maxime bonus; et quia ipse appetit et amat propriam bonitatem, dicitur etiam bonus. Et sic dupliciter dicitur bonus in
390 se, scilicet ex eo quod unus est, et ex eo quod appetit propriam bonitatem. Sed bonum primo modo dicit modum realem in Deo, sicut et unum; secundo modo dicit habitudinem quamdam secundum rationem, sicut in Deo relatio intellectus et intelligibilis et voluntas et volibilis est secundum rationem, ut communiter ponitur.

395 Ulterius dicitur Deus bonus in comparatione, quia ei nata sunt alia conformari. Et ille modus oritur ex primo, quia quanto magis est in se unus, tanto magis ei nata sunt alia assimilari; et bonum hoc modo dicit in eo respectum causae et est respectus secundum rationem ut in subiecto, realis autem ut in termino. Sicut enim appetit suam bonitatem qua est
400 bonum secundum se, ita appetit bonitatem suam prout dicitur bonus, ex eo quod alia nata sunt ei conformari. Non solum enim Deus diligit suam bonitatem secundum se, sed etiam diligit eam prout comparatur ad alia, quia diligit se et vult suam bonitatem communicare. Sic ergo Deus quatuor modis dicitur bonus.

405 Uno modo quia est in se bonus.

Alio modo quia ei et suae bonitati alia nata sunt conformari.

Tertio, quia appetit bonitatem suam secundum se.

Quarto, quia appetit eam ut participabilem ab aliis.

Dicimus enim quod Deus bonus in se; dicimus quod est bonus quia alia ei
410 assimilari possunt; dicimus quod est bonus quia diligit suum bonum in se; dicimus quod est bonus quia diligit bonum suum aliis secundum participationem.

383 patebit/dicetur R; *add.* infra N 385 Nunc/consequenter T principali scilicet *om.* R
386 per *add.* omnes N 388 appetit et amat/amat et appetit N 390 (et) ex eo quod/quia
R propriam *om.* T 392 rationem/relationem N in Deo *add.* ponitur T 393 voluntas/voluntatis R volibilis/volubilis 394 ponitur/dicitur N 395 Ulterius/Item R
Deus *om.* R alia *om.* N 396 ille/iste R 397 ei *om.* N; *post* sunt R alia *ante* nata
R 398 respectum/rationem R 401 ei/sibi R 402 comparatur/conformatur R 403
(diligit) se *om.* R; et *om.* T 406 ei/sibi N 408 participabilem *lect. inc.* N 409
(enim) quod/quia R (bonus in se) dicimus quod est bonus *om.* NR 410 (bonum) in se
om. N

388. voir l. 188 sqq.

Non autem dicitur bonus quia ipse alicui alteri conformetur.

Ex hoc autem potest considerari quomodo bonum dicitur de creatu-
 415 ris. Dicitur enim creatura bona in se, et dicitur bona in comparatione ad
 aliud, et maxime ad causam vel ad illud quod habet rationem causae, et
 praecipue causae. Unde et, si dicitur bona per comparationem ad aliam
 causam, hoc est in quantum in ea est virtus causae primae. Nam dicimus
 quod idem effectus procedit a Deo ut ens, a natura vero ut est tale ens. Sic
 420 res quaelibet secundum quod est bona in comparatione ad aliud, dicitur
 absolute bona ex comparatione ad Deum; in comparatione autem ad alia
 dicitur sic bona, et cetera. Dicitur etiam creatura bona ex eo quod aliqua
 alia creatura nata est ei conformari.

Sed hic videnda sunt quaedam, scilicet quomodo omnes modi di-
 425 cendi de bono secundum aliquid veritatem habent, licet non simpliciter.

Quod enim primo dicitur de appetibili, dicendum quod in esse ap-
 petibile non convenit bono secundum omnem acceptionem, sed secundum
 quod aliquid dicitur bonum ex eo quod aliquid ei conformatur, vel ipsum
 sibi.

430 Item, esse appetibile non dicit ipsam rationem boni primo modo
 dicti.

Quod autem ulterius dicitur de perfecto, dicendum quod bonum non
 est idem quod perfectum, nisi accipiatur valde large perfectum. Sed acci-
 piendo prout de eo loquitur Philosophus, differt tripliciter.

435 Primo quia alia est ratio utriusque. Bonum enim dicitur aliquid ex
 unitate, et praecipue secundum quod ad eam sequitur salus et consistentia
 rei. Perfectum autem dicitur aliquid ex eo quod nihil ei deficit eorum quae
 pertinent ad integritatem et bonitatem eius, et quando exercetur (?) ab
 aliquo. Et ideo ratio boni est prior, et haec est alia differentia.

440 Secundo differunt quantum ad communitatem, quia perfectum prae-
 supponit et includit bonum, ita quod quidquid est perfectum, est bonum,
 non autem e converso. Nam aliqua sunt bona, non tamen perfecta in bonita-
 te. Unde, quia perfectum includit bonum, ideo putatur esse idem quod

414 hoc/his R potest/poterit R 415 in se et dicitur bona om. N 418 causae/tamen
 R; om. TR Nam/enim R 421 ex/in T aliud/aliam N et maxime ad causam ... autem
 ad aliam om. N 422 et cetera om. P Dicitur lect. inc. T etiam/autem NT (creatura)
 bona om. NT 423 nata est add. est T 425 bono/boni R 426 quod add. in NR se-
 cundum quod/quia N 428 dicitur/dicatur N 432 ulterius om. R 433 (idem) quod/quia
 T 434 Philosophus add. primo T 435 alia/illo N 440 differunt add. in P quia
 add. etiam N; add. post perfectum R 442 autem/tamen (perfecta) in add. omni N
 443 ideo putatur/non reputatur N

bonum, sed non est. Unde et Proclus dicit quod perfectum est pars quae-
 445 dam boni et imitatur bonum. Unde, sicut bonum est causativum et produc-
 tivum, sic et perfectum. Tamen Proclus videtur aliter intelligere quod per-
 fectum est pars boni, quia bonum dicitur tam de eo quod per se est bonum,
 quam de eo quod est per participationem. Unde dicitur de uno et univoco;
 perfectum autem solum de bono secundum quod est per participationem; et
 450 hoc insinuat nomen perfecti, perfectum quasi perfectum et complete fac-
 tum. Unde secundum hoc Deus dicitur bonus, sed non perfectus. Loquitur
 ibi de bono secundum quod habet rationem causae, sed hoc est esse perfec-
 tum bonum, non autem bonum perfectum.

Tertio differt quantum ad causalitatis rationem, quia bonum est
 455 causa per modum finis; perfectum autem per modum agentis.

Et circa hanc differentiam sciendum, quod tam bonum quam per-
 fectum habet rationem causae, non tamen bonum secundum omnem suam
 acceptionem, sed secundum quod dicitur bonum ex eo quod aliquid natum
 est ei conformari. Prout autem dicitur bonum quia alii conformatur, sic
 460 magis habet rationem causati. Perfectum etiam habet rationem causae;
 quando enim aliquid tale est quod non deest ei aliquid de bonitate quae
 sibi est nata competere, tunc potest aliud causare et esse alterius causa.
 Ideo puer generare non potest quia aliquid ei deficit, et sic de aliis.

Tamen bonum magis est causa ut finis, et hoc modo dicitur diffusi-
 465 vum et communicativum, in quantum ei natum est aliud conformari; per-
 fectum autem magis per modum agentis.

Unde et ex hoc potest alio modo intelligi quod dictum est, quod
 perfectum est pars boni et quod est in minus quam bonum. Causalitas enim
 finis et est prior et etiam est communior quam causalitas agentis, genera-
 470 liter loquendo. Quod enim sit prior satis patet, quia finis est causa causa-
 rum, et agens non agit nisi ex intentione finis.

Quod autem sit communior patet, quia quidquid est agens est finis,
 sed non convertitur. Aliquid enim movet ut finis, quod non ut agens; et
 hoc manifestum est.

444 (dicit) quod *om.* N perfectum/perfectio *ed.* Boese 448 quam *lect. inc.* N univo-
 co *lect. inc.* N Unde dicitur ... per participationem *om.* R 450 perfectum/per factum
 R 452 hoc est *add.* esse R 454 causalitatis rationem/causalitatem rerum N 455
 autem *om.* R 458 aliquid natum est ei/natum est ei aliquid N 459 alii/aliis NT 465
 ei *post* natum est R 467 (Unde) et *om.* N 468 enim *add.* est N 469 (et etiam) est
om. NR

444. Propositio 25. *ed.* Boese p. 17; *ed.* Vansteenkiste, *Tijdschrift voor Philosophie* 13
 (1951) 279.

467. voir l. 444 sqq.; l. 446 sqq.

475 Quod autem agens omne sit finis, patet sic secundum Proclum,
 Propositione XXXV, "Omne causatum et manet in sua causa et procedit ab
 ipsa et convertitur ad ipsam". Secundum quod manet, sic est quemadmo-
 dum producit ipsum agens formam producti; secundum quod procedit ab
 ipso comparatur ad ipsum ut ad agens; secundum autem quod convertitur
 480 ad ipsam ut ad finem.

In Deo tamen haec duplex ratio causae est aequae communis, quia
 quarumque est finis, est agens, et e converso secundum veritatem; secun-
 dum alios philosophos forte non.

Et licet convertatur in Deo, tamen prior est ratio finis. Unde et inter
 485 nomina divina secundum quod importat causalitatem primum est bonum,
 deinde ens, quia secundum quod est bonum, sic est causa per modum finis,
 ut autem est ens per modum agentis.

Primo enim intelligitur Deus esse bonum cui nata sunt alia assimi-
 lari, deinde quod ex amore huius boni causet alia efficaciter. Ut autem
 490 haec secundum se considerantur, prius est ens quam bonum, unde et in
 effectu prius est ratio entis quam boni, et ratio entis in effectu respondet
 causae agentis in Deo, ratio autem boni causae finali.

Sic enim intelligimus primo quod Deus sit ens in se, deinde quod
 sit bonum in se, deinde bonum in Deo ut causa finalis, deinde ens in Deo
 495 ut causa agens, deinde in effectu ratio entitatis quae respondet Deo ut est
 agens, quia factio terminatur ad ens, postea ratio boni quae respondet Deo
 ut causa finalis. Ratio autem boni in effectu secundum quod convertatur ad
 causam, hoc autem est assimilari causae, et in hoc consistit ratio boni in
 assimilatione scilicet, et ita ultimo in causa respondet primum in effectu,
 500 scilicet productio causae agentis, quae attenditur secundum entitatem et
 primo in causa, ultimum in effectu, scilicet assimilatio causae finali quae
 attenditur secundum bonitatem.

Ulterius patet quomodo bonum se habet ad actum quia non est

475 omne/commune NT 477 est quemadmodum/secundum quod N 478 formam/forma R 479 ad ipsum *post* ad agens P (ut) ad *om.* T convertitur/comparatur R 481 tamen/autem T 482 quarumcumque/quorumcumque N 484 licet *add.* non T Unde/una T; et *om.* NT inter/causantur NT 485 secundum quod/ut R 486 (ens) quia/et NT 488 intelligitur/intelligit N bonum/bonus R 489 (deinde) quod *om.* P 491 prius/prior T est/esset N (et) ratio/ratione P 492 agentis/agentis NT autem/enim N 494 (bonum) in se *om.* P (se) deinde *add.* quod sit NT 495 entitatis/entis N 497 (effectu) secundum *om.* NT; est R convertatur/convertitur NT 498 autem *om.* N 499 (assimilatione) scilicet *om.* N 500 scilicet productio ... in effectu *corr.* P1; *om.* P agentis/agentis N 501 causa *add.* et T scilicet/id est N

eadem ratio utriusque.

505 Unde alia divisio est in unum et multa, alia in actum et potentiam; licet illud quod est bonum sicut appetibile oporteat esse actu vel in se vel in sua similitudine vel in sua causa; tamen aliud est bonum, aliud actus, et praecedit ratio boni, quia hoc quod est bonum sequitur quod sit actu, non autem e converso.

510 Unde unum est prima omnium passionum entis, a qua omnes aliae derivantur ordine quodam et a multo aliae oppositae se habentes.

Quomodo autem bonum se habeat ad ens, patet supra, et cetera; similiter quomodo bonum dicatur communicabile.

Hoc enim pertinet non ad omnem acceptionem boni, sed ad aliam; 515 quam; idem enim est ac si diceretur appetibile. Tamen ille modus oritur ex primo quo dicitur bonum in se; non enim dicitur communicativum per modum agentis, sed ut dictum est supra.

Similiter quomodo se habet ad rationem finis, quia bonum est in plus quam finis. Unde differt a fine primo secundum rationem, quia finis 520 addit supra rationem boni, et sic secundo differt secundum communitatem; et hoc dupliciter. Primo quia non secundum omnem acceptionem boni convenit finis esse bonum, sed prout bonum dicitur cui aliud conformatur.

Item nec est talis, quod est bonum, est finis, sed aliquid est ad finem, nisi forte dicatur finis secundum quid; illud enim quod est ad finem, 525 aliquo modo est finis, vel potest converti bonum hoc modo cum fine, quia illud quod est ad finem dicitur bonum in ordine ad finem.

Ultimo videndum est de quadam alia ratione boni quae assignatur, ut supra fuit posita, et ponitur ab Augustino, in libro De Natura Boni, 530 scilicet quod ratio boni consistit in modo, specie et ordine.

Ad cuius evidentiam primo considerandum est, an haec tria sic se

503 Ulterius/Item R (non) est *om.* RP 504 utriusque *lect. inc.* N 506 sicut/sit R oporteat esse/oportet et P actu/actum R vel in se ... quod sit actu *om.* N 508 praecedit/primo cedit T actu *lect. inc.* T 510 Unde *om.* P; *add.* et T prima/primum T 511 derivantur *add.* in N et a multo *om.* T 512 (supra) et cetera *om.* NR 515 appetibile *om.* R 516 (enim) dicitur *om.* T 518 (est) in *om.* N 519 Unde/quia N quia *add.* ratio P 520 et sic *om.* P 521 Primo *add.* quidem P 522 sed prout bonum ... aliquid est ad finem *om.* P 523 (nec) est/esse R 524 finem aliquo modo ... quod est ad finem *om.* N illud/aliud N 525 vel/ut T converti *add.* hoc T 526 ad finem/bonum R 530 ratio/nature R 531 Ad cuius evidentia/Et hic R est *om.* R

529. voir l. 188 sqq.; l. 263 sq.

529. cap. III. PL 42,553.

habeant ad bonum quod dicant rationem ipsius boni, vel ita se habeant ad bonum quod non dicant ipsam rationem boni, quia verba Augustini et aliorum doctorum aliquando videntur dicere unum quandoque aliud.

535 Si autem ita sit quod ex hoc dicatur bonum, quia habet aliquid quod habent haec tria, nec dicatur bonum si desit aliquid horum, tunc videntur dicere rationem boni.

Si vero quodlibet horum dicatur bonum aliquod, ita quod modus sit bonum rei et ordo sit alius modus boni in re et species aliud bonum, tunc
540 haec sunt sicut species boni.

Et primum quidem videntur sonare verba doctorum, quia haec tria in qualibet re sunt et ex his dicitur bona.

Secundum videntur magis sonare verba Augustini, qui dicit quod "haec tria ... tamquam generalia bona sunt in rebus a Deo factis" et "ubi
545 magna sunt, magis bona sunt, ubi parva, parva bona sunt".

Et dicendum ad hoc quod utrumque potest dici, quod haec sunt species et modi boni aliquo modo, et quod in his consistit ratio boni aliquo modo. Quod haec sint species boni, potest haberi expresse a Philosopho, in XIII Metaphysicae, ubi improbat opinionem dicentium quod scientiae mathematicae nullam mentionem faciunt de bono. Unde subdit quod "Species
550 boni sunt maxime ordo et commensuratio et determinatum", quae maxime ostendunt scientiae metaphysicae. Et haec sunt illa tria quae ponit Augustinus.

Determinatio dicit modum, commensuratio speciem. Haec autem sic
555 possunt exponi, quia, ut supra dictum est, bonum dicit aliquid vel in se vel in comparatione ad aliud. Bonum ergo in comparatione ad aliud intelligitur

532 (sic se) habeant *add.* sic R ita se habeant ad bonum quod *om.* R vel ita se ... ipsius boni *om.* N 533 ipsam *om.* R; *add.* ipsius *post* rationem T1 534 videntur/videtur T 535 bonum *om.* N; *add.* quod R 536 quod *add.* non P habent/habet T aliquid/aliquid N tunc/tamen R 537 dicere *om.* R boni *add.* quia R 538 ita quod modus ... aliud bonum *om.* N 539 modus *lect. inc.* R 542 (re sunt) et *om.* N 543 secundum *add.* autem N videntur/videtur NT sonare/consonare NT verba/dicto N; *add.* beati P qui/quod P 545 (magis bona) sunt *add.* et R ubi parva *add.* sunt R 547 et quod in his consistit ratio boni aliquo modo *om.* N 548 (Quod) *add.* autem T sint/sunt N Quod haec sint species boni/Item R a Philosopho *om.* N 549 mathematicae/metaphysicae NR 551 determinatum/determinatio N; determinativum T 555 quia ut supra dictum est/nam R 556 (vel in) comparatione/compositione T

543. cap. III. PL 42,553.

548. Vol. VIII 342^{vo}I; Bekker 1078^b; AL XXV 2, p. 231; XXV 3, p. 277.

552. voir l. 529.

555. voir l. 284 sqq.

per ordinem hic secundum quod aliquid inclinatur in finem vel ad locum vel ad sibi convenientia vel ad causam.

Bonum autem dicitur de re secundum se, ex hoc quod est una et
560 indivisa, et quod ea, ex quibus constat, sunt coniuncta.

Ex hoc autem quod res est indivisa, sequitur quod sit ab alia divisa, et sic in se est terminata, quia ita est hoc quod non aliud; et hoc importat modus secundum Augustinum, vel determinatum secundum Philosophum.

Item, res dicitur indivisa a se, ita quod est in ea apta et congrua
565 dispositio eorum quae in ipsa sunt coniuncta; et hoc importat species, id est pulchritudo secundum Augustinum, quae est congruentia partium, vel mensuratio secundum Philosophum, quod idem est.

Verum est quod ipsum totum quod dicitur unum, dicitur unum quia in eo partes sunt apte dispositae et quaelibet pars pulchra, quia apte disposita in toto. Unde et quaelibet res dicitur pulchra et in ordine ad universum
570 in quantum congruit universo. Et sic species dicitur indivisionem cum congruentia partium rei in re vel ipsius rei ad universum vel partes cuiuslibet ad totum.

Sic ergo haec tria sunt species boni et modi boni. Tamen dicitur in
575 his consistere ratio boni, quia sunt quasi integrantes et complentes bonum, quia, licet ex quolibet horum res dicatur bona, non tamen complete sed diminute.

Dicitur etiam in his consistere ratio, quia quaelibet horum ex ratione boni quod est unitas habet ortum. Nam ordo ad aliud unitas quaedam
580 est; esse determinatum ex unitate est et exprimit modum unitatis, scilicet cum congrua dispositione et apta.

Ex dictis autem potest videri quomodo bonum se habet ad pulchrum, quia, ut dicit Dionysius, quarto capitulo De Divinis Nominibus, pulchrum et bonum idem sunt. Quidam tamen dicunt quod differunt ratione, quia pulchrum dicitur habitudinem ad vim cognitivum; unde et dicit
585 magis rationem causae secundum naturam.

557 hic/hoc *ante* per ordinem R secundum/hoc R in finem/in fine N; ad finem R
561 (res) est/sit T 562 quod non *add.* est N 563 determinatum/determinationem R
vel determinatum secundum Philosophum *om.* N 564 (ita quod) est *om.* NT 568
(unum) dicitur unum *om.* N 569 apte *om.* N et quaelibet pars pulchra, quia apte
disposita *om.* N 570 Unde et/quia R (pulchra) et *om.* R 574 Tamen/cum N 579
quod/quae N 580 unitate *add.* non NT 581 congrua/congruentia RT et apta/apti N

567. cfr. V Metaphys. Vol. VIII 127 F; Bekker 1020^a, 1021^b; AL XXV 2, p. 108; XXV 3, p. 112 sq.

583. cap. VII. PG 3,703 B.

Sed tamen Dionysius videtur dicere quod idem sunt et secundum rationem, quia, ut dicit, omnia desiderant pulchrum et bonum, et nihil est quod non participet utroque, etiam materia prima, ut dicit.

590 Item, commensuratio, quae est ratio pulchritudinis, est species boni. Posset tamen dici quod pulchritudo, in quantum dicit commensurationem, sic est idem cum bono, quia quidam modus boni; in quantum vero dicit claritatem, sic refertur ad cognitionem et est idem cum uno. Sed primum, scilicet commensurationem, importat pulchritudo magis essentialiter et
595 principaliter; ideo dicitur esse idem cum omni bono absolute et simpliciter.

Aliquando tamen a doctoribus inveniuntur haec distingui, scilicet bonum, pulchrum et ordo, ut accipiunt bonum secundum aliquam eius acceptionem.

Unde Cassiodorus dicit, in libro de vera Caritate, quod quae a Deo
600 creata sunt, dicuntur bona et pulchra et ordinata. Bona quidem sunt in quantum a Deo sunt, idest in quantum Deo conformantur, pulchra sunt in quantum quaelibet pars congruit suo universo, ordinata vero sunt in quantum unaquaeque res in hac universitate congruit sibi locum motum tempus-
que sortitur.

605 Sed tunc dubitatur, an haec tria sint in Deo, scilicet modus, species et ordo.

Et dicendum quod sunt in eo, cum sit summe bonus, sed longe alio modo quam in creaturis. Est enim in eo modus ac determinatio, non quia sit limitatus, sed quia distinctus; quae distinctio non dicit limitationem et
610 mensuram, sed per suam immensitatem ab omnibus distinguitur. Unde et ratio est quia omnia in se continet et nihil est aliorum, quia longe alia excellit.

Item, in eo est species, id est pulchritudo, non commensurationis

588 pulchrum et bonum/bonum et pulchrum N 591 Posset/potest N 593 uno *corr.*
R1; hoc R Sed *add.* pulchrum T primum *om.* R 594 scilicet *om.* R; secundum N;
om. R 595 cum/omni N 597 (pulchrum) et *om.* R 600 Bona *add.* et N 602
quaelibet *om.* R 603 motum *add.* et R tempusque/temporis T; et tempus R 605
tunc dubitatur *om.* R 607 Et *om.* R; sed P 609 distinctio/distinctionem N 610
(Unde) et *om.* N 611 in se *ante* omnia T aliorum/eorum N; horum P 612 excellit
corr. R1; *lect. inc.* R 613 id est/et N; sive P (pulchritudo) non *om.* NT

587. *ibidem.*

599. Le passage auquel Jacques de Viterbe se réfère ne se trouve pas chez Cassiodore, mais dans le *De Speculo Caritatis* d'Aelred de Rievauld, Livre I cap. II (4-5). PL 195 BC; CCL, Continuatio Mediaevalis, I, 14.

partium in ipso, qui est impartibilis, nec comparatur natura ipsius ad ali-
 615 quod totum, cum ipse non sit pars universi, sed extra et supra ordinem
 universi; sed est in eo pulchritudo per unitatem omnium perfectionum in
 ipso. Unde pulchrum est quia perfectionum rationes sunt in eo unitive et
 sine confusione, sed cum omnimoda congruentia, sed divisim, et unitive.
 Et sic, licet in eo non sint partes, tamen sunt ibi perfectiones. Unde pul-
 620 chritudo est in sua essentia secundum perfectiones, et in sua sapientia se-
 cundum ideales, et nihil est in eo quod ei non congruit.

Ordo est in ipso, non quo ipse ad aliud ordinetur, sed quomodo
 omnia ad ipsum ordinantur. Et sic patet.

Sic igitur ordinetur quaestio a principio, ut primo dicatur de ordine
 625 huius quaestionis ad praecedentes; quia enim dictum, ens dividitur per
 unum et multa, et potentiam et actum principaliter. Superius autem, circa
 principium, statim quaesitum fuit de uno et multo, post vero de potentia et
 actu.

Restat consequenter dicere de his quae se habent consequenter ad
 630 unum et multum, et potentiam et actum. Et primo de his quae se habent
 consequenter ad unum. Hoc autem est bonum, cui etiam proximum est
 totum, consequenter de his quae pertinent ad multitudinem, ut oppositio
 postea de eo quod consequitur actum, scilicet verum, et cetera.

Tunc procedendum est ad quaestionem hoc modo.

635 Primo videndum in quo consistit ratio boni et quae est eius ratio;
 ubi breviter dicendum de diversis modis et post de modo vero.

Secundo de modis boni qui accipiuntur secundum rationem ipsius
 boni.

Tertio ex his poterit videri quomodo diversi modi dicendi de ratio-

614 (ipso) qui/quo N impartibilis/partibilis NT 616 sed est *add.* ibi N in ipso *om.*
 T 617 perfectionum/perfectiones N rationes/rationum N; ratione T 618 cum/est R
 (congruentia) sed/non R (divisim) et/sed PR 619 Et *om.* N sic *om.* NR; *post* licet T
 620 Unde pulchritudo ... secundum perfectiones *om.* N sapientia secundum *add.* quod N
 621 eo/ipso T congruit/congruat R; *add.* et R 623 omnia *post* ad ipsum N Et sic
 patet *om.* R 624 Sic/si N quaestio *om.* N 625 (dictum) ens/est NT 626 (multa)
 et/per R potentiam *add.* autem R 630 (multum) et *om.* R 631 bonum *add.* bonum
 N cui/enim NT; *add.* consequentes R etiam/et NR 632 de *om.* T ut/et N 633
 verum *lect. inc.* T 634 (procedendum) est *om.* TP hoc modo *add.* et N; *add.* quia T
 Tunc procedendum ... hoc modo *om.* R 635 (quae) est *om.* R 636 ubi/unde N di-
 cendum *add.* est P diversis *add.* vero T modis *om.* P *post/postea* N ubi breviter
 ... de modo vero *om.* R vero *add.* et cetera T 639 ex his poterit videri *om.* R

640 ne boni habent veritatem, et quomodo illa quae videntur pertinere ad rationem boni se habent ad bonum.

Quarto et ultimo, quomodo bonum dicitur de Deo, et primo secundum illos modos assignatos de bono ex ratione unitatis, postea vero quomodo illa quae habent convenientiam cum bono et quae videntur dicere
645 rationem boni, dicuntur de Deo, scilicet esse appetibile, esse perfectum, esse communicabile, esse finem, habere modum, speciem et ordinem. Quae omnia patent ex dictis.

1. Ad primum igitur dicendum quod bonum dictum de Deo quantum
650 ad rem quam dicit, praedicat eius substantiam, sicut et alia dicta de Deo, sed quantum ad modum dicit aliquid circa substantiam. Substantia enim Dei est eiusdem esse. Bonum autem dicit modum essendi, qui est passio entis modo supra dicto, et cetera.

2. Ad secundum dicendum quod Deus est bonum quod est finis, et
655 secundum rationem in Deo est prius quam ratio efficientis. Sed de prius et posterius in Deo erit alia quaestio, ubi melius patebit quomodo aliquid in Deo dicitur prius et posterius.

3. Ad tertium dicendum quod proprie sumendo contrarium, secundum
660 quod contraria sunt in eodem genere et circa idem subiectum, sic Deus non habet contrarium.

Communius autem sumendo, secundum aliquem modorum positorum in V, sic habet quia contraria non semper sunt in eodem genere, immo in diversis generibus, vel ipsa sunt genera, ut dicit Philosophus in Praedicamentis.

665 Vel dicendum quod contrarium vel dicitur oppugnativum tantum, vel oppugnativum et peremptivum malum. Igitur est in Deo contrarium secundum oppugnationem, non autem secundum peremptionem, ut dicit

640 (habent) veritatem/rationem NT 642 et ultimo *om.* R et primo secundum ...
patent ex dictis/secundum omnes modos R 649 igitur *om.* TR dictum *add.* est N
650 praedicat/protat N substantiam/essentiam N 654 bonum/bonus T 656 aliquid
post in Deo N 657 Sed de prius ... et posterius *om.* R 658 dicendum quod *om.* R
contrarium/contraria R secundum quod/ut R 662 quia/quod N immo/ymo N; primo
R 665 (contrarium) vel *om.* N 666 peremptivum/perhemptivum TP 667 peremptio-
nem/perhensionem T; perhempritionem P

653. voir I. 503 sqq.

656. voir Quaestio XXVIII, Utrum in Deo sit prius et posterius secundum aliquem modum; voir aussi Quodlibet III, quaestio XXVIII. ed. Ypma 133-134.

663. cap. De oppositis. Vol. I. Pars I 54^{vo} KL; Bekker 14^a; AL I, p. 37; 113.

Augustinus, XII De Civitate Dei capitulo quarto, quod vitium est Deo contrarium tamquam malum bono; et iam est contrarium naturae quam
670 vitiat. Unde Deo est contrarium sicut malum bono tantum naturae vero quam viciat, non solum sicut malum bono sed etiam sicut nocivum.

4. Ad quartum dicendum quod illa divisio videtur esse boni solum secundum quod ab homine apprehenditur in quantum homo, quia honestum sub hac ratione solum a rationalibus appetitur.

675 Similiter utile, in quantum dicit referre quod est proprium rationis; delectabile etiam non dicitur nisi in habente cognitionem.

Tamen dicunt quidam quod haec divisio potest extendi universaliter ad bonum, quia bonum honestum est, quod propter se appetitur; et sic Deus est bonum.

680 Utile autem quod propter aliud; et sic non dicitur Deus bonum nisi ex perversitate hominum, qui Deum propter aliud diligunt ut mali.

Delectabile autem prout dicitur vel secundum sensum vel quod non habet in se unde diligatur nisi delectationem, unde convenit; secundum autem quod delectabile sequitur honestum, licet ex alia ratione dicatur
685 honestum et delectabile, sic non convenit Deo. Ipse enim est summe delectabilis, et cetera.

5. Ad quintum dicendum quod in mathematicis est bonum, non quidem bonum quod est in operatione vel quod habet ordinem ad motum, sed alio modo, quia in eis est commensuratio, ordo et determinatio, quae sunt
690 species boni, ut dicit Philosophus in XIII.

6. Ad sextum dicendum quod bonum non secundum eandem rationem dicitur de omnibus; licet enim omne quod est dicatur bonum in quantum

668 capitulo quarto/capitulo X T; *om.* P vitium *mss.* viciū vitium est *add.* in N
669 (contrarium) naturae *om.* N; *add.* secundum R quam/quod NT; quamquam R 670
vitiat *mss.* viciat (naturae) vero/autem P; non TR 671 quam/quod NT; quamquam R
vitiat/convitiat N 672 solum/tantum N 673 apprehenditur/deprehenditur T; reprehenditur N
honestum *add.* solum R 674 rationalibus/rationibus NT 675 referre/differre NT
677 Tamen dicunt quidam quod *om.* R extendi/accipi N; ostendi T; attendi R
677 ad/aut N bonum quia *om.* NT quia/quod P (honestum) est *om.* N 679
bonum/bonus T 681 ut/et N 682 (dicitur) vel *om.* N 683 nisi/non habet R unde
convenit ... et delectabile *om.* R 685 (sic) non *om.* NT summe delectabilis/supreme
delectabile R 686 et cetera *om.* RP 687 (quod) in *om.* RT 688 motum *add.* non
autem modo quod in eis est P sed/vel N 689 est *om.* N 690 in XIII/in III R 691
dicendum *om.* N dicendum quod *om.* R rationem *om.* N 692 quod est *om.* R

668. cap. 3. PL 41,351; CCL 48,357.

690. XIII Metaphys. Vol. VIII 342^{vo} J; Bekker 1078^{ab}; AL XXV 2, p. 231; XXV 3, p. 277.

est, tamen haec ipsa ratio analoga est.

Sed ad evidentiam illius dicti Boetii considerandum est quod res
695 dicuntur bonum per essentiam vel in quantum sunt, sicut etiam dicuntur
unum.

Dicitur enim res una per essentiam, quia non per rem superadditam
enti, et dicitur una per unitatem secundum quod unitas dicit aliquid supra
ens, modo supra dicto.

700 Et similiter dicendum de bono, quod res est bona per essentiam et
per bonitatem.

Item, hoc quod dicitur bonum aliquid per essentiam dupliciter po-
test intelligi. Uno modo ut dictum est, quia non per aliquid superadditum;
et sic intelligit Boetius quod omnia in quantum sunt, bona sunt.

705 Alio modo secundum quod distinguitur contra bonum per participa-
tionem, et sic solus Deus est bonus per essentiam, alia non. Ideo dicit ibi
Boetius quod omnia in quantum sunt, bona sunt, non tamen sunt sub alia
bona.

Unde nec est proprie dictum quod sint bona per essentiam, licet
710 dicantur bona in quantum sunt, et ideo Deus est bonus per seipsum, alia
participatione eius; ideo dicitur ipsa bonitas, non sic alia quia participant
bonitatem, et cetera.

7. Ad septimum dicendum quod de pulchro dictum est; tamen scien-
dum quod nihil prohibet unum et idem diversimode dici de alio proprie et
715 transitive, sicut lux quantum ad illud a quo nomen imponitur, dicitur prop-
rie in spiritualibus; quantum vero ad illud quod significandum imponitur,
dicitur non proprie, ut communiter dicitur.

Similiter potest dici de pulchritudine; imposita enim est ad congru-
entiam et claritatem corporalem, et cetera.

720 8. Ad octavum dicendum quod dictum est de perfecto, verum est
quod, si attendamus ad ipsam proprietatem vocabuli, non dicitur de Deo
proprie, sed quantum ad illud quod significare intendimus, dicitur proprie;

693 haec/hoc NT analogia/anologia NP; analogia T 694 illius/huius R est om. R
695 bonum/bonae R vel om. R 696 unum lect. inc. R 698 secundum quod/ut R
(aliquid) supra/super P 705 secundum quod/ut R 707 sub alia/substantia R 711
non/nec NT sic/sicut R quia/quae NT 712 et cetera om. N 713 quod om. R
dictum/dicendum N 714 alio ante diversimode R; alioque NT 715 quantum/quam N
illud/aliud N dicitur om. N 715 de/a N 719 et cetera om. NP 720 dictum est
post de perfecto R 721 quod om. N ipsam om. R

694. De Hebdomadibus. PL 64,1311 C.

704. De Hebdomadibus. PL 64,1311 D.

in rebus enim factis, tunc dicitur perfectum, cum nihil restat faciendum, et ideo extenditur ad significandum omne illud quod nihil deesse, et cetera.

725 9. Ad nonum dicendum quod non est nugatio, sicut nec dicendo unum ens, sicut dicit Commentator, in IV Metaphysicae, quia, licet idem dicat quod ens, tamen alio modo, nec est simile de animali et homine, quia unum non se habet ad ens ut species ad genus, cum convertantur, sed magis ut passio ad subiectum.

730 Unde, sicut non est nugatio dicendo nasus cavus, sic non ens unum; tamen dissimile est, quia unum non dicit rem additam sicut simus vel propria aliqua passio specialis.

Sed adhuc est dubitatio, quare magis est nugatio in genere et specie quam in ente et partibus et passionibus entis.

735 Et dicendum quod ens non comparatur ad ea de quibus dicitur ut genus, quasi dicatur [?] illa in potentia sicut genus, sed sicut aequivocum ad sua significata quae significat actu; licet ens non sit pure aequivocum, tamen quantum ad hoc convenit cum aequivoco.

Unde, cum additur sibi aliquid, non determinat ipsum sicut differentia genus, sed solum specificat aliquod eius significatum, quod non specificatur nomine entis.

Unde, sicut non est nugatio dicendo canis latrabilis, sic nec dicendo ens unum, vel ens substantia, et sic de aliis.

745 Vel melius dicendum sicut prius, quod unum et illa quae dicuntur passionibus entis, non sunt significata entis, sed exprimunt modum aliquem essendi, qui non significatur nomine entis nec implicite nec explicite, licet dicant eandem rem quam ens. Et ideo dicuntur passionibus entis, quia sunt extra intellectum entis, sicut passio extra intellectum subiecti; sed X praedicamenta sunt significata entis, et sunt ut partes vel species, et ideo forte 750 nugatio est dicendo ens substantia, non autem est nugatio dicendo ens unum.

Videtur enim quod magis sit nugatio dicendo ens substantia quam

723 enim/in N factis/perfectis R faciendum/perficiendum P 724 quod/cui NR1 deesse, et cetera/deest N 725 dicendum quod om. R dicendo/de deo R 726 ens om. N; ante unum R sicut/ut R in IV/in X TP; in IV NR; in om. R 727 tamen/cum N alio/aliquo N 728 ut/sicut T 730 non est add. illud R 731 dissimile add. illud R simus/symus R 732 aliqua/alia N 733 adhuc est om. R dubitatio lect. inc. R quare/quia N in/inter N 734 (partibus) et/vel R 735 Et om. R 736 sicut/ut R 737 tamen om. N 739 non lect. inc. T 742 dicendo om. R 744 quae om. N Vel melius ... illa quae dicuntur om. T 747 quia/quae NT 749 et/sed N ut om. N 750 (nugatio) est post ens N est nugatio om. R dicendo add. ens N

animal homo, cum ens actu significet substantiam, animal autem hominem in potentia.

755 Non tamen est nugatio dicendo ens per se, quod exprimit modum entitatis substantiae. Unde praedicamenta non dicunt modos essendi. Unde specificatio entis ad aliquam suam partem non debet fieri per nomen praedicamenti, sed per rationes praedicamenti, sicut specificatio generis fit per differentias.

760 Sic ergo secundum hoc unum et bonum non significantur per ens, sed dicunt rationem superadditam; et hoc est melius dictum quam illud quod fuit dictum supra, quod scilicet significantur per ens implicite. Patet enim quod nec implicite nec explicite. Significant enim eandem; tamen ens non significant illam rem sub illa ratione sub qua significat eam, cum
765 unum tamen praesupponit significationem vel rationem entis, non autem e converso. Sunt ergo diversae rationes.

Quod autem dicit Commentator, quod ens dicit unum per significationem, unum autem per prolationem, intelligendum est forte ratione rei significatae, quia dicunt eandem rem. Unde, quia dicunt eandem rem, di-
770 cendo unum, consignificatur aliud, sicut quia duo accidentia sunt in uno subiecto, in uno consignificatur aliud, secundum quod includunt subiectum, scilicet ut sumuntur in concreto. Et quia ens dicit eandem rem quam unum et e converso, ideo dicendo ens consignificatur unum ratione rei, licet ratio utriusque sit alia.

775 10. Ad decimum dicendum quod bonum divinum additum bono creaturae non est maius bonum, sed est pluribus modis bonum. Unde potest dici quod non facit magis sed plus, sicut dicitur de indivisibili addito indivisibili. Unde sunt plura bona, sed magis bonum, quia bonum creaturae excellentius praeexistit, quamvis etiam dici possit quod Deus nec proprie

753 hominem *post* in potentia N 756 essendi *add.* sed rationes praedicamentorum dicunt modos; passiones autem entis dicunt modos essendi R 757 suam/sui N debet/dicitur N 758 (fit) per *om.* T 762 fuit/est R significantur/significetur N (implicite) patet enim quod implicite nec *om.* NT 763 significant/significat N 764 significant/significat N eam/illam R cum/tamen P cum unum/verum R 765 praesupponit/praesupponat N unum *om.* NR 768 est *om.* N ratione/rationem RT 769 eandem/eadem N 770 consignificatur/quod significatur N 771 consignificatur/significatur N secundum *om.* N; sed T 772 eandem/eadem N 776 bonum/unum N 778 (Unde) sunt *om.* T magis bonum/maius N 779 quamvis/licet R 780

762. voir l. 744 sqq.

767. Averroes, cfr. in IV Metaphys. text. com. 3. Vol. VIII 67 EF.

780 connumeratur nec additur creaturae, ut alias fuit ostensum.

11. Ad undecimum dicendum quod bonum non secundum omnem sui acceptionem dicitur habitudinem ad appetitum. Vel dicendum quod ratio boni secundum quod bonum non consistit in ordine ad appetitum. Sed talis ordo fundatur in bono sicut in termino, non ut in subiecto, quia est terminus huius ordinis.

Sed antequam intelligatur ordo ad appetitum, intelligitur ordo conformitatis in bono ad rem quae dicitur appetere. Unde ratio boni praecedit ordinem ad appetitum dupliciter, et secundum quod dicitur bonum aliquid in se, et secundum quod bonum dicitur ut natum est ei aliquid conformari. 790 Aliud est enim esse tale cui aliquid conformari possit, et aliud quod appeti possit. Unde est ibi duplex relatio et habitudo, et utraque secundum rationem, scilicet relatio conformitatis et appetibilitatis. Ad hoc enim appetit ut conformetur.

Vel dicendum forte quod idem appetere est conformari, quia appeti- 795 tus et conformitas quaedam est et assimilatio, sed diversimode secundum quod diversum appetitum. Et quod dicitur similitudo est appetenda, intelligendum est quia illud appetitur cui natum est appetens assimilari, et quod ratio appetitus in assimilatione attenditur, quae est secundum connaturalitatem vel convenientiam. Et tunc dicendum quod ratio boni secundum se 800 praecedit rationem appetibilitatis.

Nec est simile de vero, quia verum est in anima, bonum in rebus. Unde bonum secundum principalem suam acceptionem dicitur modum essendi, non respectum ad appetitum; sed de vero patebit infra, utrum de ipso dici possit sicut de bono, et cetera.

805 12. Ad duodecimum dicendum quod omnia Deum appetunt, ut communiter dicitur, in sua similitudine quae finita est. Unde appetere infinitum finite, nihil inconueniens, idest secundum participationem finitam Deum

780 connumeratur/connumerantur N alias fuit ostensum/dictum fuit alibi R 781 undecimum/duodecimum N dicendum quod *om.* R non *post* acceptionem T 782 ad appetitum *om.* N ratio *om.* T 788 (dicitur) bonum *om.* R 789 ut/secundum quod P; quod R 791 est *post* duplex relatio et *om.* T rationem/relationem N 794 (dicendum) quod *om.* N forte *ante* dicendum N (appetere) est *om.* N conformari *add.* et P appetitus *add.* et N 796 (secundum) quod *om.* P diversum appetitum/diversos appetitus R 800 appetibilitatis/appetitus N 801 vero/potentia N 804 et cetera *om.* N 805 Deum/bonum N ut/unde N 806 finita *lect. inc.* N appetere/appetibile N infinitum/finitum R 807 id(est) *om.* T

780. voir Quaestio XXVII. Utrum verum sua veritas Deo convenit et sit in ipso.

appetere est ei assimilari et conformari, vel appetitu naturali vel alio diversimode.

810 Ad ea quae sunt in contrarium de dicto Augustini, dicendum quod est bonum omnis boni, idest causa omnis boni, vel a quo omnia dicuntur bona extrinseca denominatione, vel quia continet omne bonum.

Quod autem dicit Dionysius patet; est enim substantiale bonum, idest per essentiam, non per participationem.

815

Eindhoven

Eelcko YPMA, O.S.A.

Ce professeur ne méritait une étude que comme l'un des particularistes du climat académique à Louvain du temps du jansénisme et de l'anti-jansénisme. Il n'existe que de brèves notices biographiques dans F. Claeys-Boumaert, *L'Université universelle de Louvain. Études et documents*, Louvain, 1956, p. 162-163 (sous abrégé Claeys); Joseph F. Spelman, *The Irish in Belgium*, VI, *The Irish in Louvain*, Francis Martin, S.I.D., dans *The Irish Ecclesiastical Record*, 2e série, 7 (1934) 116-1166 (sous abrégé Spelman); *Dictionary of National Biography*, XXXVI, 274-275. Mais Martin lui-même a écrit une espèce d'autobiographie, surtout dans son *Irishman juris moribus in causa Doctoris Martini contra Petrum Jesuitas et contra molantes oblationem Urbis et Orbis*, sous priori parte exhibens confutationem et instructionem erroniarum de quibus antea agitur, et alterius doctorum Claeys accusationem, quae postea respondit laudatim; posteriori diffundit juris rationem eidem Doctori per eundem agitur, s.l., 1712, 24 p. in 4°, et son *Quarum juris apotheca in causa Doctoris Martini contra theologiae Sententiam et cunctas eius constitutiones et leges, oblationem Urbis et Orbis. Una exponunt insignia dogmata quae Doctor ille quibuscum eorum propositis illi gravissimis ac nocivissimis quae pueris ex ab illis Narratibus Historicis laqueis haerentibus sunt effusi capere sub Revere Generali Mechanicae canonibus Illus. Martin Milt. anno 1712, s.l., 24 p. in 4°*. Nous citons ces deux publications par le chiffre romain III ou IV.

Des documents le concernant sont conservés en beaucoup d'endroits, voir par exemple Cathédrale d'Irlande, *Catalogue of Material of Irish Interest in the Manuscripts of Louvain*, dans *Collegiantia Hibernica. Sources for Irish history*, vol. 1, 4 et 5 (1934-1963) (sous abrégé Collegiantia); Jacques Brisson, *La correspondance de Jacques Sadleir, interné aux Pays-Bas (1713-1723)*, Bruxelles, 1959 (sous abrégé Brisson); Claeys-Boumaert, *Études et documents relatifs à l'ancienne université*

810 dicendum om. N 811 idest/et N

810. voir l. 52-53.

813. De Divinis Nominibus IV. PG 3,694 B.